



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 28. Decimarum jura Ecclesiasticis per Regis edictum asserta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

Peractis hisce solemnibus portæ aperiebantur, atque multitudo, quæ confluerat, admittebatur, ubi edictum jam memoratum alta voce a primario Curie Scriba recitabatur, ac more solito ad preces cognitoris Regii illud promulgatum ad acta referebatur. Ceterum inter illos, qui hac in occasione suum Regi obsequium deferebant, notabatur Odetus Colinius Castillionæus Cardinalis, qui quamvis in quodam Purpuratorum Senatu anathemate percussus, ac Cardinalitia, & Episcopali dignitate a Papa exutus fuisset, nihilominus cum omnibus insignibus more Cardinalium comparere audebat, eaque studiose in omnibus solemnitatibus, quinimo etiam tum deferebat, dum anno sequenti cum Isabella Altevilla Lorea sacrilegas nuptias inibat.

§. XXVIII.

*Decimarum jura Ecclesiasticis per Regis edictum asserta.*

Cum Rex sui juris esset declaratus, Dieppam excurrit, ubi decimarum jura reddebat in favorem Ecclesiasticorum, qui vehementer querebantur, quod indies ipsorum jura everterentur, ac ipsimet semper gravibus opprimerentur vexationibus.

Thuan. l. c.

§. XXIX.